

Nazomerconferentie VCN 2013

bij de workshop "Atalanta" van Suzanne Luger -Vakdidactica GLTC van de Interfacultaire Leraren Opleidingen: s.luger@uva.nl

Ovidius Metamorfosen X, 600-660	Vertaling: M. d'Hane-Scheltema
<p>600 Non tamen eventu iuvenis deterritus horum constitit in medio, vultuque in virgine fixo "quid facilem titulum superando quaeris inertes? mecum confer!" ait. "Seu me fortuna potentem fecerit, a tanto non indignabere vinci: 605 namque mihi genitor Megareus Onchestius, illi est Neptunus avus, pronepos ego regis aquarum, nec virtus citra genus est; seu vincar, habebis Hippomene victo magnum et memorabile nomen."</p> <p>Talia dicentem molli Schoeneia vultu 610 adspicit et dubitat, superari an vincere malit. Atque ita "quis deus hunc formosis" inquit "iniquus perdere vult caraeque iubet discrimine vitae coniugium petere hoc? Non sum, me iudice, tanti. — Nec forma tangor (poteram tamen hac quoque tangi), 615 sed quod adhuc puer est: non me movet ipse, sed aetas. Quid quod inest virtus et mens interrita leti? Quid quod ab aequorea numeratur origine quartus? Quid quod amat tantique putat conubia nostra, ut pereat, si me fors illi dura negarit?</p> <p>620 Dum licet, hospes, abi thalamosque relinque cruentos: coniugium crudele meum est. Tibi nubere nulla nolet, et optari potes a sapiente puella. — Cur tamen est mihi cura tui tot iam ante peremptis?</p>	<p>Toch niet beangstigd door die afloop komt de jongeman naar voren, ziet met vast blik het meisje aan en zegt: 'Wat heb je aan zo'n makkelijke zege, als je wint van zwakkelingen! Loop eens tegen mij! Indien Fortuna mij sterk maakt, zal verlies voor jou geen schande zijn –een man als ik! Mijn vader is Onchestius van Megara, Neptunus' kleinzoon; ik ben achterkleinzoon van de heerser der wateren, mijn kracht past bij mij oorsprong! Win ik niet, dan zul je wijdvermaard zijn, daar Hippomenes verloor.'</p> <p>Het meisje, Schoenus' dochter, kijkt hem tijdens deze woorden lief aan, betwijfelt of ze nog wel winnen wil en denkt: 'Wie van de goden is zo wars van schoonheid, dat hij iemand als hij wil laten sterven, hem zijn kostbaar leven laat riskeren voor mijn liefde? Zo veel ben ik toch niet waard... 't Is niet zijn schoonheid die mij raakt, al raakt die ook heel diep, maar dat hij nog zo jong is! Niet hij zelf, zijn jeugd bezielt mij. Waarbij nog komt dat hij veel moed toont en de dood niet vreest, Dat hij in vierde linie ook nog van een zeegod afstamt én dat hij mij bemint en ons verbond zo kostbaar vindt, dat hij wil sterven, als het harde lot hem niet zijn zin geeft... Toe, vreemdeling, verlaat dit zondig huis, nu het nog kan, ga heen! Ik ben een wrede bruid en ieder ander meisje zal graag je vrouw zijn en dan kiest ze wijs... En toch, vanwaar die zorg om jou, terwijl er al zovelen eerder stierven?</p>

<p>625 Viderit! Intereat, quoniam tot caede procorum admonitus non est agiturque in taedia vitae. — Occidet hic igitur, voluit quia vivere mecum, indignamque necem pretium patietur amoris? Non erit invidiae victoria nostra ferendae. Sed non culpa mea est. Utinam desistere velles, 630 aut, quoniam es demens, utinam velocior esses! A! quam virgineus puerili vultus in ore est! A! miser Hippomene, nollem tibi visa fuissem! Vivere dignus eras. Quod si felicior essem, nec mihi coniugium fata importuna negarent, 635 unus eras, cum quo sociare cubilia vellem.” Dixerat; utque rudis primoque Cupidine tacta, quid facit ignorans, amat et non sentit amorem.</p>	<p>Nu goed, hij ziet maar; laat hem sterven, nu hij van de dood van al die minnaars niets wil leren en het leven minacht.. Maar sterft hij dan, omdat hij graag met mij wil leven? Wordt die onverdiende dood dus een beloning voor zijn liefde? Mijn zege zal veel haat verwekken, wat ik niet verdraag en 't is ook niet mijn schuld.. O alsjeblieft, wil hiervan afzien! Of toon je in je waanzin ook de snelste, alsjeblieft! Ach, wat een onbedorven blik straalt uit zijn jonge ogen! Arme Hippomenes, ik wou dat jij me nooit gezien had! Je was geschapen voor het leven. Als ik meer geluk had, als mij niet door een onheilslot het huwelijk was ontzegd, was jij de enige met wie ik graag mijn bed zou delen...’ Zo denkt ze. In haar prilheid is ze voor het eerst verliefd, maar weet niet wat ze meemaakt en herkent het niet als liefde.</p>
<p>640 Iam solitos poscunt cursus populusque paterque, cum me sollicita proles Neptunia voce invocat Hippomenes “Cytherea” que “comprecor, ausis adsit” ait “nostris et quos dedit adiuvet ignes.” Detulit aura preces ad me non invida blandas; motaque sum, fateor. Nec opis mora longa dabatur.</p>	<p>De mensen, ook haar vader, drongen aan op nog zo’n wedstrijd als eerst. Hippomenes, Neptunus’ achterkleinzoon, riep mij, Venus, dringend aan: ‘O, help mij, Vrouwe van Cythera, ik bid u, steun dit waagstuk! Voed het vuur dat u ontstak!’ De wind bracht mij gediensstig deze zoete woorden over en ik beken: ik was ontroerd en gaf mijn hulp geen uitstel.</p>
<p>645 Est ager, indigenae Tamasenum nomine dicunt, telluris Cypriae pars optima, quam mihi prisci sacravere senes templisque accedere dotem hanc iussere meis. Medio nitet arbor in arvo, fulva comas, fulvo ramis crepitantibus auro. Hinc tria forte mea veniens decerpta ferebam 650 aurea poma manu: nullique videnda nisi ipsi Hippomenen adii docuique, quis usus in illis.</p>	<p>De Tamaseense velden –de bevolking noemt ze zo- vormen het beste deel van Cyprus, dat mij lang geleden werd toegewijd, de raad der ouden schonk mijn heiligdom die grond erbij. Een schitterende boom staat daar in het midden, goudblond gebladerd en met takken rinkelend van goud. Ik kwam daar juist vandaan en had drie gouden appels bij me, met eigen hand geplukt. Voor niemand anders zichtbaar bracht ik deze aan Hippomenes en wees waarvoor ze dienden.</p>
<p>Signa tubae dederant, cum carcere pronus uterque emicat et summam celeri pede libat harenam.</p>	<p>Het startsein had geklonken en daar schiet het tweetal van de start naar voren, rappe voeten tippen aan de zandgrond.</p>

<p>655 Posse putes illos sicco freta radere passu et segetis canae stantes percurrere aristas. Adiciunt animos iuveni clamorque favorque verbaque dicentum: “Nunc, nunc incumbere tempus! Hippomene, propera! nunc viribus utere totis! pelle moram, vinces!” Dubium, Megareius heros 660 gaudeat, an virgo magis his Schoeneia dictis. O quotiens, cum iam posset transire, morata est spectatosque diu vultus invita reliquit! Aridus e lasso veniebat anhelitus ore, metaque erat longe.</p>	<p>Je zou geloven dat zij droog en wel zelfs over zee of boven de gele korenvelden konden rennen! Gejuich en luid applaus bemoedigen de jongeman, men roept hem kreten toe: ‘Kom op! Kom, sneller nog dat tempo, Hippomenes! Nog sneller moet je! Geef nu al je krachten! Niet achterblijven! Winnen! ’t Is de vraag, wie deze woorden meer vreugd bereidden, Atalanta of Hippomenes. Hoe vaak heeft zij zich ingehouden als ze kon passeren of liet zij hem ongaarne, na een lange blik opzij, toch achter zich. Een droog gehijg kwam uit zijn moede keel, de eindpaal was nog ver.</p>
<p>665 Tum denique de tribus unum fetibus arboreis proles Neptunia misit. Obstipuit virgo, nitidique cupidine pomi declinat cursus aurumque volubile tollit. Praeterit Hippomenes! Resonant spectacula plausu. Illa moram celeri cessataque tempora cursu 670 corrigit atque iterum iuvenem post terga relinquit. Et rursus pomi iactu remorata secundi consequitur transitque virum. Pars ultima cursus restabat; “nunc” inquit “ades, dea muneris auctor!” inque latus campi, quo tardius illa rediret, 675 iecit ab obliquo nitidum iuvenaliter aurum. An peteret, virgo visa est dubitare: coegi tollere et adieci sublato pondera malo impediique oneris pariter gravitate moraque. Neve meus sermo cursu sit tardior ipso, 680 praeterita est virgo: duxit sua praemia victor</p>	<p>Toen liet Hippomenes ten slotte een van de drie geplukte appels voor haar voeten rollen. Het meisje kijkt verwonderd naar de gouden vrucht en doet gretig een stap opzij om naar het rollend goud te grijpen. Hippomenes passeert haar. Luid applaus van het publiek. Zij echter haalt de achterstand van enkele seconden met snelle spurt weer in en laat haar minnaar in haar spoor. En dan opnieuw, vertraagd door ’t rollen van een tweede appel raakt ze eerst achterop, haalt dan weer in. De wedloop gaat de laatste ronde in. Hij roept: ‘Godin! Bescherm mij, Venus, u gaf mij dit geschenk...’ en werpt de laatste gouden bal ver weg, dwars in het veld, zodat zij verder achterop kwam... Ik zag het meisje aarzelen en heb haar ingegeven de appel op te pakken, heb hem in haar hand zelfs zwaarder gemaakt en haar vertraagd door zware last en oponthoud. Om mijn verhaal niet langer dan de wedstrijd zelf te maken: het meisje werd verslagen en de winnaar kreeg zijn prijs.</p>